Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26530
Copyright: Admont, Benediktinerstift



miserere q̃ salua eos in domino deo suo
non saluabo eos in arcu et gladio et in bello et
in equis et in equitib; Incipit Joel prha l. iii.
Verbum domini q̃ factum est ad ioel filii
Fatuel audite hec senes et auribus percipite
omes habitatores terre si factum est in diebus
tuis aut in diebus patrum uestrorum super hoc filiis uestris
narrate et filii uestri filiis suis et filii eorum gene
rationem alteram Residuum eruce comedit locusta
et residuum locuste comedit bruchus residuum
bruchi comedit rubigo Expergiscimini ebrii
et flete et ululate omes qui bibitis uinum in
dulcedine quoniam peruenit ab ore uestro Gens enim ascen
dit super terram meam fortis et innumerabilis
Dentes eius ut dentes leonis et molares eius
ut catuli leonis Posuit uineam meam in
desertum et ficum meam decorticauit spolians
spoliauit eam et proiecit abii flagella eius
Plange quasi uirgo accincta sacco super
uirum pueritatis tue Periit sacrificium
et libatio de domo domini Luxerunt sacerdo
tes ministri domini Depopulata est regio lu
ctuosus quoniam deuastatum est triticum
Confusum est uinum et elanguit oleum do
fusi sunt agricole Incipit amos l. v.
Verba amos qui fuit in pastoribus thecue que
uidit super israel in diebus ozie regis israel et
in diebus ieroboam filii ioas regis israel
ante duos annos terremotus et dixit Dominus de
sion rugiet et de ierusalem dabit uocem suam
et luxerunt speciosa pastorum et exsiccatum est uertice
carmeli Hec dicit dominus Super tribus sceleribus
damasci et super iiii non conuertam eum quia
triturauerunt in plaustris ferreis galaad
et mittam ignem in domum azahel et deuorabit
ciuitates benadad Et conteram uectem damasci
et disperdam habitatorem de campo
aedon et tenentem sceptrum de domo uoluptatis
Vsque alchelon Incipit abdias l. iii.
Hec dicit dominus deus ad edom Auditum
audiuimus a domino et legatus ad gentes missus
Surgite et surgamus aduersus eum in prelio
ecce paruulum te dedi in gentibus contemptibilis
tu es ualde Superbia cordis tui extulit
te habitatorem in scissuris petre excelsitatem
solium suum qui dicit in corde suo Quis de
hac me iniciam Si exultatus fueris ut aquila
et si inter sidera posueris nidum tuum inde de
ham te dicit dominus deus Incipit ionam l. v.
Et factum est uerbum domini ad ionam filium
amathy dicens Surge uade in ciuitatem
ninuen grandem et predica in ea quia ascendit
malicia eius coram me et surrexit ionas ut fu
geret in tharsis a facie domini et descendit iop
pen et inuenit nauem euntem in tharsis et de
dit naulum eius et descendit in ea ut iret cum
eis in tharsis a facie domini Dominus autem misit
uentum magnum in mare factaque est tempestas
magna in mari et nauis periclitabatur et
timuerunt naute et clamauerunt uiri
ad deum suum et miserunt uasa que erant
in naui in mare ut alleuiarentur ab eis et ionas
descendit ad interiora nauis et dormiebat sopo
re grauis Incipit michea l. iii.
Verbum domini qui factum est ad micheam mo
rasthitem in diebus ioatham achaz ezechie re
gum iuda quod uidit super samariam et iherusalem
audite populi omes et adtendat terra et plenitudo eius
et sit uobis dominus deus deus in testem dominus
de templo sancto suo Quia ecce dominus egredietur de loco suo et descendet et con
calcabit super excelsa terre Incipit naum l. v.
Onus ninive liber uisionis naum elchesei de
emulator ultionis dominus Vltionis dns
et habens furorem Vltionis dominus in hostes
et uindicans ipse inimicis suis Dominus patiens
et magnus fortitudine et mundans non faciet
innocentem Dominus in procellis et turbine
uia eius et nebule pulueis pedum eius Increpans
mare et exsiccans illud et omnia flumina deserti
deducens Infirmatus est basan et carmelus
et flores libani elanguit montes commoti sunt
ab eo et colles desolati sunt et contremuit terra
a facie eius et orbis et omes habitantes in eo In
faciem indignationis eius quis stabit et quis re
sistet in ira furoris eius Indignatio eius effu
sa est ut ignis et petre dissoluite sunt ab eo Bo
nus dominus et confortans in die tribulationis
et sciens sperantes in se et in diluuio preteriens
consumationem faciet loci eius et inimicos eius
persequetur tenebre Quid cogitatis contra dominum
Consumationem ipse faciet sed non surgit duplex tribulatio